

N. 123.

A. D. 1330

(30 settembre; Indiz. XIII)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale (S. Chiara).
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatario</i>	<i>Iohannes Angeli russi not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,37 e mezzo; larg. m. 0,30 e mezzo. Con qualche macchia.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	<i>Iohanna, relicta qd. Francisci Mangani di Barletta, dona pro anima, al Monastero di S. Chiara, tutti i suoi beni, riservandosi, vita durante, l'usufrutto, sotto pena di due once d'oro.</i> È firmato un <i>Magister Dominicus pictor</i> , dichiarato dal notaio, figlio de <i>Bono Anno</i> .
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnatione domini nostri ihesu christi Millesimo Trecentesimo Tricesimo Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum suorum anno Vice-simo primo. Mense septembris die ultimo eiusdem terciedecime Indictionis apud Barolum. Nos Iohannes de Maurone. Regalis Baroli Iudex. Iohannes Angeli russi puplici eiusdem terre notarii et testes subscripti liciterati ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti puplico instrumento fatemur atque testamur. Quod predicto die in nostri presentia constituta intus in Monasterio Sancte Clare de Barolo. Iohanna mulier relicta qd. francisci mangani concivis nostra prius a me predicto Iudice legaliter inquisita et absoluta consensu quoque et auctoritate Roberti Andria laboratoris habitatoris Baroli electi et petiti sibi per eam mundualdi quoad presentem contractum et per me predictum Iudicem auctoritate consuetudinis dicte terre Baroli confirmati eo quod asseruit se legitimo mundualdo carere. Considerans et actendens quod quilibet homo qui nascitur cum sit minor cunctis miserationibus quas iam dominus ostendit et ostendere non cessat cotidie non possit habere quid pro merito respondere valeat creatori cui servire regnare est qui dat omnibus affluenter nec impropere deliberatione diligenti perhabita et spiritu dei victa volens sue anime salubriter providere consulte providit ob reverentiam omnipotentis dei et beate Marie semper virginis ac Beate Clare se et bona sua omnia mobilia et stabilia presentia et futura offerre et dedicare Deo et Monialibus ac conventui dicti Monasterii Sancte Clare. Ea propter dicta Iohanna mulier cum consensu q. s. *etc.* donavit et obtulit se ac per fustem tradidit et assignavit titulo irrevocabilis inter vivos Venerabili et Religiose Mulieri sorori Helisabet abbatisse *etc.* omnia bona sua mobilia et stabilia *etc.* Reservato sibi usufructu bonorum ipsorum donec vixerit ipsa vero obeunte usufructus consolidetur proprietati. Ex qua sua oblatione donatione et traditione nihil aliud petiit a dicta Venerabili abbatisa seu dictis Monialibus et Conventu dicti Monasterii nisi missas et orationes ad deum pro salute anime sue et progenitorum suorum seu parentum suorum. Quatinus a presenti in antea dicta abbatisa *etc.* Guadium dicta Iohanna dedit *etc.* Pro quibus omnibus obligavit omnia bona sua *etc.* Contra que si dicta Iohanna vel eius heredes non adimpleverint *etc.* pene nomine solvere teneantur eisdem Abbatisse Monialibus et conventui seu eius successoribus Uncias auri duas et totidem Regie Curie me predicto notario puplico pro